

Audiens Cristus eius sermonem dicit: *O mulier*. Hec diccio ,o‘ significat admiracionem. Cristus non nominat eam suo nomine proprio, quamvis scivit; non dicit KATHERZINKO vel MARETKO etc., que sunt nomina amasionum, id est FREGERZSKA, sed dixit: O mulier, quomodo te ex aliis mulieribus WYSTRZELILA, ego te confudi et tu semper michi credis. Ego tibi nolui loqui et tu michi semper credis. Ista mulier diu mortua est et nescimus, ubi est eius sepulchrum, et tamen bonam laudem post se reliquit, ubique hodie laudatur.

Dicit *Fiat tibi* etc., quasi diceret: O mulier, isto verbo ,fiat‘ omnia creavi. Dixi: Fiat sol, fuit. *Fiat lux* etc. Lucem, terram, quando dixi ,fiat‘, factum est. Ergo comitto tibi in tuam protestatem istud. Tunc si vis, quod filia tua sanetur aut adhuc infirmetur, in tua voluntate sit. Et quamcito Cristus edixit illud verbum, id est NETAHL WYPOWIEDIETI, | statim dyabolus exivit a filia sua sic, quod ista rediens invenit eam salvam. Rogemus ergo Dominum etc.

11 creavi *B*] creavit *A* – 12 fiat, factum est *B*] fiat *A*

1 Matth. 15,28 – 10 Matth. 15,28 – 11 gen. 1,3 – 14 cf. Matth. 15,28

5

15

10

15

XIII

5 Dicitis in *Pater noster* unam peticionem et non omnes intellegitis eam, scilicet illam: *Sed libera nos a malo*. Et nos dicimus, quod multe res sunt male, hoc malus homo, mala domus, mala via, mala uxor et sic de aliis. Que est ergo illa mala res nisi illa, que me separat, id est LUCZI, a Deo? Hoc est peccatum mortale, ergo nec paupertas nec infirmitas me separat a Deo, nisi peccatum mortale. Ergo petimus *Sed libera nos a malo*, id est: Bone Deus, non des nec permittas nos mori in peccato mortali, per quod a te essemus separati. Et pro eo Daniel nolens mori in peccato diligenter oravit, prout hodie habemus in epistola, que sic incipit: Oravit Daniel.

Ibi nota: Aliquando Iudei habuerunt tres horas deputatas, in quibus oraverunt, cogitantes de aliquibus beneficiis, que in illis horis dedit Deus antecessoribus eorum, ut hora tercia, in qua Deus dedit tabulas Moysi, hora sexta Moyses erexit serpentinum eneum, quem intuebantur Iudei, hora nona aquam de silice eduxit.

Modo in aliqua hora istarum horarum Daniel oravit dicens *Domine, Deus noster* (dicitur ‚Deus noster‘, quia eum diligere debemus), *qui eduxisti populum* etc. *et illum diem fecisti nomini tuo magnum*. Quid tunc Danieli nocuit vel abfuit, quod ita oravit? Vere fuit in Babilone in captivitate cum aliis et non libenter voluit ibi mori, sed in Ierusalem libenter voluit mori, et sic petitivit, ut educeret eum de Babilone. Babilon interpretatur ‚confusio‘ et significat peccatum mortale; in illo qui moritur, non sepellietur in Ierusalem, id est in ‚visione pacis‘. Et tunc Deus exaudivit eum et reduxit eos econverso in Ierusalem, qui venientes econverso reedificaverunt. De illo eciam Cristus maxime

13 nolens] volens *A* – 24 fecisti] festi *A*

5 Matth. 6,9–13 – 6 Matth. 6,13 – 11 Matth. 6,13 – 15 cf. Dan. 9,4 – 19 cf. exod. 31,18 – cf. num. 21,9 – 20 cf. num. 20,11 – 23 Dan. 9,15

loquitur PRZIKRZE in euangelio, quod malum est mori in peccato mortali. Ergo recurramus ad Virginem gloriosam.

Ego vado et queritis me. Iohannis. Beatus Ieronimus in una littera missili sic loquitur: | Non estimo nec in memoria habeo, quod unquam mala morte posset mori, quis fuit misericors et pro quo multi rogant. Ymmo Cristus propter opera misericordie mortuos resuscitavit. Sicut Thabita, que cum fuit mortua, pauperes venerunt ad sanctum Petrum. Ille ostendens sibi palium dixit: Ecce, istud michi ipsa sarsit et dedit. Alter ostendit tunicam aliis; et sic rogaverunt sanctum Petrum, ut resuscitaret eam, et sic 10 sanctus Petrus resuscitavit eam. Ideo bene dicit Ieronimus: Non possum memorari, quod misericors mala morte posset mori.

Pro eo dixi, quia hodie est stacio ad sanctum Clementem, qui ‚misericors‘ et ‚pius‘ interpretatur. Quam pietatem Deus ostendit in uno eius miraculo, ut legitur de vita sua, de illo puer, quem 15 mater reliquit in ecclesia in mari; dicitur ibi miraculum illud magnum. Certe miraculum fuit, quod ille puer non est submersus. Ecce, iste puer non est mortuus.

In euangelio de illo Cristus loquitur, quod sic incipit: *Dixit Ihesus turbis Iudeorum.* Ubi ibi turbe receperunt se et quid voluerunt, dicit Glosa: Venerant volentes eum capere, et sic propter malum venerant. Fuerant maxime succensi in malicia semper volentes eum capere. Ad illos ergo est locutus dicens: *Ego vado.* Mirabile est hoc, tamen quando est locutus, tunc stetit et predicavit. Augustinus exponit sic: *Ego vado*, id est hoc totum, quod 25

8 dixit] dicens A – 16 dicitur] dicit A

3 Ioh. 8,21 – apud Hieronymum non invenimus, sed ea, quae in Quadragesimali leguntur, apud plures mediæ aevi auctores, e. g. apud Augustinum, De disc. Christ. 12,13 (CCL 46,221), Serm. temp. 249,2 (PL 38,1162), Adamum Scotum, Serm. 18,11 (PL 198,199C), inveniri possunt – 7 cf. act. 9,36–42 – 11 apud Hieronymum non invenimus, sed ea, quae in Quadragesimali leguntur, apud plures mediæ aevi auctores, e. g. apud Augustinum, De disc. Christ. 12,13 (CCL 46,221), Serm. temp. 249,2 (PL 38,1162), Adamum Scotum, Serm. 18,11 (PL 198,199C), inveniri possunt – 19 Ioh. 8,21 – 21 nec in Glossa ordinaria nec in interlineari haec verba invenimus – 23 Ioh. 8,21 – 25 non invenimus – Ioh. 8,21

prophete de me scripserunt (...) Post hec: *Ego vadam.* Propheta unus de me scripsit, quia debetis me potare felle. Modo primo, nisi capietis me, hoc implere non possetis. Igitur ego vado et implebo omnia, que prophete de me scripserunt. Subdit: *Et queritis me et in peccatis vestris moriemini.* Vere mala quesicio in peccatis querere et mori.

Dicit Symon: Alia res est propter peccatum mori et alia peccato mori et alia res est in peccato mori. De primo: Propter peccata mori, sicut Cristus mortuus est propter peccata nostra, et 10 illud fuit bonum. Mori peccato est, quod facis, sicut iam essem mortuus debilitans corpus | tuum, ista mundana non curas. Sed in 93r peccato mori, hoc non est Cristiane religionis, quia malum est.

Pro eo David nolens mori in peccato, quando Nathaan propheta venit ad eum, ut eligeret sibi unum ex tribus, David stans 15 dixit: Reus sum, *peccavi.* Et ista sunt omnia mala. Attamen elegit pestilenciam et propter peccatum suum multa milia mortui sunt. Postea David dixit: *Domine, ego peccavi*, obsecro, revertatur gladius super domum meam, iste oves nichil fecerunt. Ecce, nolens mori in peccato, elegit sibi hic pati.

20 Vere, si aliquis veniret et diceret tibi: Hodie debes mori in peccatis, ALLE BY ZWR SOWAL, non esset tibi DO SMYECHU. Sic ille Ezechias, cui propheta dixit nisi hoc: *Morieris.* Non dixit ,in peccatis‘, tamen ipse amare flevit, quia quid est in peccato mori nisi a Deo separari.

25 Pro quo nota: Invenio quintuplices homines, qui moriuntur in peccatis non habentes ad cognitionem tempus, signati per quinque reges, quos Iosue, dum expugnavit Iericho, ZAWALIL GEST W GESKINY.

Primi sunt blasfemi, qui blasphemant Deum et sanctos, id est 30 PORUHAGI SIE, qui intelliguntur per primum regem. Illud peccatum maxime Deus punit. Pro eo Moyses in suis iuribus talem blasphemum mandavit lapidare.

3 nisi] si A

1 Ioh. 16,7 – 2 cf. Ier. 9,15 – 4 Ioh. 9,21 – 7 non invenimus – 13 cf. II reg. 12,1–13 – 15 II reg. 12,13 – 17 II reg. 12,13 – 22 IV reg. 20,1–3 – 27 cf. Iosue 10,16–18 – 31 cf. lev. 24,16

Scribit Vincencius in Speculo, quod ante Bononiam compatrios simul convenerunt, qui interfecerunt sibi unum caponem et assaverunt eum et fecerunt sibi unam salsam. Tandem sedentes unus dixit alteri: ROZBERZ TY, alter, NE, tu, et sic unus ex eis divisit illum caponem. Tunc unus dixit: O compater, DOBRZE SI ROZEBRAL! Si veniret sanctus Petrus, non posset eum compонere, ut evolaret. Alter dixit: Quid sanctus Petrus, BA, si veniret solus Filius Dei, non potest hoc facere, ut evolaret. Tandem ex Dei dispositione KDES SIE ale receperunt in isto capone et illis alis cum illa salsa omnes aspersit et evolavit. Et statim omnes leprosi sunt effecti et post cum pueris mala morte morierunt. | Ergo 93v caveatis vobis de illo!

Secundi homines sunt, qui NA KRZIWDIE PRZISEHAGI. Thomas de Aquino dicit, quod talis magis peccat quam ille, qui NAHODU et indeliberate aliquem occidit. Sic iuravit Herodes Herodiadi, quod daret ei caput Iohannis Baptiste, et post Deus eum punivit, quod vermbus scaturivit.

Tercii sunt spoliatores ecclesiarum et pauperum et qui adveniunt, id est ZAMYSSLEGI, POPLATKY super pauperes, ut ille Anthiochus, qui dixit: Ibo in Ierusalem et destruam templum et auferam omnia. In illa via Deus punivit eum, permisit super eum infirmitatem ita fetidam, quod omnibus in turba fetuit. Qui videns clamavit: O Domine, miserere, iam ulterius non faciam! Glosa: Dicit hoc in dolore, ideo non est exauditus. Canes sanguinem suum linixerunt.

Quarti, qui moriuntur in peccatis A NEWYZNAWAGI SIE, sunt avari, ex quibus fuit Iudas. Et propter illud peccatum multa mala fiunt, aliqui cum depauperabuntur vel iurantes super eucaristiam post suspendunt se.

16 daret ei] daret A – **22** quod] qui A – **28** iurantes] servantes A

1 cf. Vincentius Bellovacensis, Spec. hist. XXIV,64 (1024a) – **13** cf. Thomas Aquinas, Summa theol. II/2, 89,7 – **15** cf. Matth. 14,6–8; Marc. 6,21–25 – **17** cf. act. 12,23 – **20** cf. II Macc. 5,15–16 – **21** cf. II Macc. 9,5,9 – **24** nec in *Glossa ordinaria* nec in *interlineari haec verba invenimus, sed cf.* Nicolaus Liranus, Postilla, IV, fol. 471v – cf. III reg. 22,38

Quinti morientes in peccatis suis sunt peccantes contra naturam, de quo non est opus multum loqui. Propter quod quinque civitates Deus combussit, ad quod ocium et saturitas eos induxit, ubi nisi Loth cum pueris suis et uxore exivit et omnes alii cum 5 pueris et cunabulis subversi sunt. In quo loco est iam Mare mortuum, quia ibi nichil potest vivere et vivum manere. Quod volens experiri imperator Vespesianus duos latrones abiudicatos ligavit dorso ad dorsum et proiecit eos in illud mare et fuerunt electi in littus. Nichil potest ibi vivum fieri. Eciam ibi poma curialia crescent, et quando capis unum, statim fit favilla.

Et quis in illud peccatum ZAYDE, raro confitetur, quia verecundatur. Et sic moriuntur in peccato. Illis omnibus dicit Ihesus: *Ego vado in celum et vos morienni in peccatis vestris.* Ergo rogemus Deum omnipotentem, ut nobis etc.

5 subversi] submersi A – **6** manere] mare A

2 cf. sap. 10,6 – **4** cf. gen. 19,15–25 – **13** Ioh. 8,21